6 e t.§.pe.ĩ.ti.j.ꝛ l.fi.C.vnde vi. †Et adde ꝙ occupãs poſſeſſione
ꝗ̃ vacat ꝑ mortẽ alicuius.plus delinquit ꝗ̃ occupans ꝑ negli-
7 gentiã ſꝫ Bal.in l.fi.in j.col.C de edic.di.Adr.tol.¶ † In text.
ibi videri eũ clã poſſidere. Adde ꝙ dr̃ poſ.clandeſtina illa ꝗ̃
vacat:ꝗ̃ quis clã,ꝛ ſic furtiue ꝛ ſic cũ mala fide ꝛ ſine cã de fcõ
occupauit,cum ſcire debeat eẽ alienũ qd̃ ad ſe iure non ꝑtinet:
vt dixit tex.in l.fi.ad fi.C.vnde vi.ignorante eo ad quẽ ſpectat
ꝑut iſta declarat tex.š.in p̃n.huius.l.ꝛ ibi plenius dixi.¶ In
tex.ibi,retinet ꝗ̃ poſſeſſionẽ . q̃ño iſta illatio ſeq̃tur ex p̃cedẽti-
8 bus dicam ſup glo.in ꝟbo poſſeſſionẽ. ¶ In tex.ibi,vi magis,
Iſta dictio magis ſm gloſ.in ꝟbo magis ſtat ꝯparatiue . ꝛ ita
Bar.ꝛ cõiter doc.tenent.Tu dic ꝙ imo in hoc tex.dictio magis,non p̃t ſtare ꝯparatiue:qꝛ tex.in fi. exp̃ſſe remouet ꝯparationẽ,dñ dr̃ vi magis poſſidere non clam.Illa negatiua nõ clã tollit ꝯparationẽ,al's text.debuiſſet dicere vi magis poſſidere ꝗ̃ clã.Et ſubaudire ad text.in fi.dñ dr̃ non clam.ſ.non tm̃ clã,vt facit gl.mag.in p̃n.eſt violentia litere.Unde vr̃ ꝙ in hoc tex.dictio magis ꝯgruẽtius ſtet electiue ꝗ̃ ꝯparatiue. Qꝛ q̃ñ dictio magis ponit̃ inter ꝯpatibilia ſtat electiue ꝛ non ꝯparatiue,vt no.Bal.ꝛ alij in l.iubere cauere.poſt gl.ibi.š.de iur.om.iu. Sꝫ iſte qualitatem vi ꝛ claꝫ ſunt ꝯ̃rie ꝛ incompatibiles,vt vult gl. mag.hic circa med.ergo dictio magis,dꝫ poni electiue.¶ Ul-
9 timo† in l.ſeq.dñ dr̃,ſed ꝛ ſi nolit. aduerſatiua ſed cum copula
dꝫ importare diuerſitatẽ in facto.ſed identitatem in iure.gl.in l.ſed ꝛ ſi lege.in prin.š.de pet.here.ꝛ in l.ij. in prin. vbi dixi.š.ne quis eum qui.ꝛ in l.hoc amplius.§.de his autem. vbi Bart.š. de dam.infec.Sed hic non videtur identitas in iure. Nam in

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

verſi.fin.legis p̄cedentis,ille poſſidet violēter ⁊ non clam.⁊ ſic
ter.loquitur in acquirente poſſeſ.Sed in iſta.l.ſeq.ſolum loq̄
tur de amittente.Dic idētitatē iuris eē in p̄ncipali deciſione,
vt quemadmodum in ꝟſi.fi.abſens rediens ⁊ non admiſſus ꝑ
dit ciuilem poſſeſ.ita ēt in iſta.l.ſeq.qñ ſuſpicatur ſe poſſe re
pelli perdit ſiliꝰ ciuilem:⁊ ſic identitas in iure eſt in vtraq̄z, re
10 ſpectu ꝑditionis ciuilis.¶†Poſtremo vt nihil omittat iſtum
ter.in verb.qui ad nundinas.in alio ſignificatu capit iuriſcon.
in l.cum ſocietas.ff.p ſoc. vbi ter.ad lr̄am exponit nundinas.i.
epulas:que vr̄ ſatis mirabilis expoſitio.¶Nunc venio ad no
11 tab.†No.primo ex iſto ter.ꝙ ingrediens clandeſtine poſſeſ.ab
ſentis vacantem,acquirit naturalem poſſeſ.Contra iſtū ter.ꝑ
eius intelligentia,vltra ſcriben.fortiter opponit.Nam clande
ſtinus poſſeſſor dr̄ qui eſtimat ſeu eſtimare debet ſe poſſe repel
li.vt hac.l.in p̄n.⁊ l.ꝓhibere.§.fi.ꝙ vi aut clā. tunc facilius im
pedit aliqd de nouo acq̄ri q̄ꝫ impediatur acq̄ſitum retineri.l.
patre furioſo.ff.de his q ſunt ſui vel alie.iur.c.ad apoſtolicam.
cum ſi.de reg.Sed ille q ſuſpicat ſe poſſe repelli.amittit poſſeſ
ſionem q̄ iam habebat,vt hoc ter.Ergo longe facilius,iſte clā
ingrediens q ſuſpicat ſe poſſe repelli:dꝫ impediri, vt non de
beat acq̄rere poſſeſſionem.Confirmat oppoſitio:q2 ſi ꝑp ſuſpi
cionem ꝙ repellat ꝑditur ciuilis poſſeſ.q̄ eſt potentior q̄ꝫ natu
ralis:q2 ciuilis poſſeſſio eſt illa q̄ cāt effectus iuris,⁊ ſic q̄ cau
ſat vſucapionem ⁊ acq̄ſitionem fructuum,vt eſt glo.in l.iij.§.ex
contrario.ff.e. Ergo fortius dꝫ impedire acquiri naturalem poſſeſ.
q̄ eſt minus potens ⁊ minus efficax. Nec dicat ꝙ aliud ſit in
ciuili poſſeſ.⁊ ꝙ illa bona ꝑdatur aīo ꝑ hoc ꝙ ſuſpicat ſe poſſe
repelli,vt hic aliud ſit in naturali poſſeſſione. Q2 iſtud eſt fal
ſum ꝑ gl.ap.ꝓbatam in l.iij.§.in amittenda.ff.e.iſta eſt fortis op
12 po.⁊ neceſſaria ad intellm̄ ter.q̄ non tangunt.¶†Tu ꝓ ſolo
ne aduerte.ꝙ ars,⁊ natura nihil fruſtra opantur.l.q bis idē.
ff.de verb.obl.l.hec ſtiplō.§.diuus cū ſi.vt leg.no.ca.Sed hoc
eſſet fruſtra.ſi clandeſtinus poſſeſſor qui acquirit naturalem
poſſeſ.ſtatim eam ꝑderet.Scđo,idem actus non dꝫ operari in
eodem momento acq̄ſitionem ⁊ amiſſionem.l.titio cum morie
tur.ff.de vſufr.l.qui ſic.ff.de ſol. ⁊ l.fi.§.fi.C.de bo.q̄ lib.Tertio,
lꝫ idem actus poſſit parere diuerſos effectus.l.in numeratio
nibus.ff.de ſol.tñ non p̄t operari contrarios effectus.l.qui hoiēz.§.
fi.eod.ti.Quarto timiditas q̄ cāt amiſſionem poſſeſſionis non
cadit in eo qui facit actum contrarium timiditati, ⁊ ſic qui ingredit
13 poſſeſſionem.†Nā timiditas ⁊ audacia ſunt paſſiones animi q̄
ꝓbantur ꝑ actus facti exteriores,iuxta gl.no.in l.apud celſuꝫ.
in p̄n.⁊ ibi no.Bar.ff.de do.ma.exce.⁊ in l.Fulcinius.§.quid ſit
autem.cum ſi.ff.quib.ex cau.in poſ.ea.Iſta omnia ceſſant in con
trario.ſ.formato.Et ſic lꝫ facilium impediat acquiſitio q̄ꝫ retētio
tñ ex diuerſitate rōnis aliud ſequit.Et ſi diceres iſta aſſumpta
ꝓcederent ſtante firmo ꝙ ingreſſus clandeſtine acquirat poſ
ſeſ.naturalem. Sed iſtud eſt circa ꝙ ꝓprie cadit difficultas ⁊
circa qđ tendit oppoſitio.ſ.facta. Tu dic imo iſtud eſt firmuꝫ
ꝑ iſtum ter.claꝝ hic,⁊ ter.in l.ſi id qđ.§.fi.ff.e.Tñ q2 iſta multi
plicatio inconuenientiū non vr̄ eſſe realis ſolō nec directo tol
lit oppoſitionem.ſ.factam.Potes ſcđo rñdere ꝙ ter.in d.l.ꝓ
hibere.§.fi.⁊ in hac.l.in p̄nc.non dn̄t ꝙ ille dicat clandeſtinus
poſſeſſor q ſuſpicatur ſe poſſe repelli:ſed bene qui ſuſpicat ſibi
moueri controuerſiā.⁊ intellr̄ de iure vel de facto,vt eſt gl.ſ.ea.l.
in p̄n.Clandeſtinꝰ ḡ ſignificat immediate timorē controuerſie fu
ture nō aūt timorem expulſionis.Et ſic iſte timor future contro
uerſie non cadit immediate circa ipſam poſſeſ. ſicut cadit ti
mor,ꝙ quis poſſit de poſſeſ.repelli.Et ſi dicat ꝙ conſiderato ef
fectu,timor future controuerſie eſt timor expulſionis. Rñr,qđ
iſtud non facit vt ſtatim ꝑdat poſſeſ.cum dubius ſit euentus
future litis.l.ꝙ debetur.ff.de pecu.Nam cum clādeſtine intret
⁊ ſic faciat actū occultū ex hoc non ſuſpicat de expulſione, cū
ſit occultū,ſed bene ſuſpicat ꝙ qñ palā fieret,mouebit ſibi lis,
ḡ non ꝑdit ſtatim poſſeſſionem. Stat ergo notabile ex text.ꝙ
ingrediens clandeſtine poſſeſ.vacantem acquirit naturalem
14 poſſeſ.¶Limita iſtum ter.non ꝓcedere qñ abſens tñ natura
liter poſſidebat:puta q2 ipſe prius app̄henderat poſſeſſioneꝫ
vacantem,vel q2 erat vſufructuarius,emphyteuta,vel feuda
tarius,qui naturalr̄ tm̄ poſſident.l.naturalr̄.in p̄nc.ff.eo.gl.in.l.
iij.§.ex contrario.vbi dixi.ſ.e. ¶Q2 cuꝫ tunc illa naturalis ſolo aīo
ꝑ abſentem retineatur,vt eſt gl.no.in l.i.in prin.ſ.eod.ḡ ingre
diens clandeſtine non acq̄reret naturalē poſſeſ Q2 ſi duo non
ꝑ̄t inſolidum poſſidere eadem ſpecie poſſidendi ꝑ rlām.l.iij.
§.ex contrario.ſ.e.⁊ ita in ſpecie tꝫ gl.in l.iij.§.vnde vi.ff.de vi ⁊ vi ar.
15 Et iſta eſt bona limitatio ad iſtū text.¶†Scđo limita qñ ta
les nundine non eſſent multū remote ab iſto fundo,⁊ ſic fundꝰ
eēt in conſpectu ꝑ x.miliaria:q2 tunc cum abſens retineret non
ſolum ciuilē aīo,ſed ēt naturalē aſpectu.⁊ ſic corpore:tunc in
grediens clandeſtine non acq̄reret naturalē ꝑ rlāꝫ.d.l.iij.§.ex
16 contrario.⁊ dixi.ſ.in apoſt.ter.¶†Tertio limita iſtud no.ꝓcedere
in rebus immobilibꝰ,ſed in rebus mobilibus ꝑ app̄henſioneꝫ
naturalis antiquus poſſeſſor ꝑdit ⁊ naturalē ⁊ ciuilem poſſeſ.
l.iij.§.nerua.ſ.eodem.⁊ ibi aſſignauit rationem diuerſitatis.
17 ¶†Scđo no.ex ter. in §.retinet ergo.qđ abſens retinet aīo ci
uilem poſſeſ.ſuiꝰ fundi vacantis,vt hic,⁊ l.ſi id qđ.§.fi.ff.eod.
18 ¶†Limita qñ ingreſſus eſſet cum tanta potentia ꝙ ei non
poſſet reſiſti,vel qñ quis ingrederetur fundū te abſente cū tan
ta magna vi ꝙ nulla ſubeſſet ſpes recuperationis: tunc abſens
⁊ ēt ignorans ꝑdere ciuilem poſſeſ. Ita tenent Raph.Cu.⁊ d.
Alex.in l.qđ men.in §.fi.ff.e.ꝑ illū ter.in ꝟbo facile expulſurus,
19 ibi dicam.¶†Scđo limita qñ interueniret negligentia decen
nalis:tunc ꝑ obliuionem q̄ ꝓ̄ſumitur ex lapſu decennij.ꝑditur
ciuilis q̄ accreſcit huic clandeſtine ingreſſo.Iuxta gl.magr̄alē
in l.j.vbi dixi.C.de ſer.fug.no.Bart.in l.ſi de eo.§.ſi forte.ff.e.⁊ ē
ter.in l.furtū.§.j.ff.ti.j.tñ iſta limitatio non vadit directo ⁊ im
20 mediate ad ter.¶†Tertio p̄t limitari,niſi quis ingrederetur
poſſeſſ.abſentis iudice authore,q2 tunc acq̄reret lēt ciuilē poſ
ſeſſ.l.iuſte poſſidet.ff.e.⁊ Ang.⁊ Mod.h. facit.l.qui vniuerſas.
§.item cū p̄tor.ff.e.⁊ qđ not.Bart.in l.peregre.§.quibꝰ explici
tis.ff.eo.ita ēt no.Ang.in l.a diuo pio.§.ſi poſt edictū.ff.de re iu
di.ꝑ illum ter.⁊ dr̄ ꝙ ille.§.eſt complementū iſtius.§. Tñ iſta limi
tatio non eſt ad ꝓpoſitū ter.nr̄i: q2 qñ quis ingrederetur iudi
ce authore non diceret clandeſtine ingredi. Ideo circa iſtam
limitationem vlterius non inſiſto,ſed videat plenius ꝑ d.Ale.
21 hic.¶†Tertio not.ex eo.ver.retinet hic ꝓbari duas eē poſſeſ.
ſpecie ⁊ numero differentes.ſ.naturalem ⁊ ciuilem cum ter.ꝓ
ſupponat duos poſſidere eundem fundum.ſ.ingreſſum ⁊ ab
ſentem.⁊ eadem poſſeſ.numero non p̄t a duobꝰ inſoliduꝫ poſſi
deri.l.iij.§.ex contrario.ſ.eo.Et ita ponderat iſtum ter.Dy.in regu
la ſine poſſeſ.⁊ ita tenui in l.j.in prin.vbi dixi.ſ.eo.Adde quod
poſſeſſio p̄t conſiderari duplr̄. Uno modo ꝓut homo eſt cor
poralr̄ in poſſeſſione,⁊ iſta eſt poſſeſſio naturalis, q̄ eſt q̄dam
inſiſtentia rei.Alio modo ꝓut poſſeſſio eſt in homine,⁊ iſta eſt
poſſeſſio ciuilis.vnde dum ſedeo ſuper equo naturaliter poſ
ſideo equum. Sed qñ qs non eſt in poſſeſſione,nec poſſeſſio ē
in conſpectu,ſed in mente voluntate abſentis,⁊ illa eſt ciuilis,vt
hoc ter.⁊ ita declarat Bald.in c.ceterum.in vj.not.de iudi.
¶Quarto no.in ꝟ.ver.ꝙ ingreſſus clandeſtine poſſeſſionē,⁊
ꝓhibens dn̄m reuerti in fundū q̄ aīo poſſidebat, acquirit poſ
22 ſeſ.violentā.¶†Ex quo correlarie inferunt ex text. Primo ꝙ
violentia p̄t inferri ēt in ſola ciuili,ꝙuis ſolo aīo intellectualr̄
retineatur.Silr̄ in ſola naturali:⁊ fortius in vtraq̄ꝫ.l.j.§.deiici
23 tur.⁊ §.ſiue aūt.ff.de vi ⁊ vi ar.†Scđo ⁊ notabilius infertur ex
hoc ter.ad practicam quotidianā,ꝙ ciuilr̄ poſſidens p̄t ꝓpria
authoritate de facto ingredi ⁊ expellere occupatorem reſiſten
tem.Nā ſi redeundo non fuerit admiſſus infert ei violentia vt
h dr̄ ter.ḡ p̄t vim vi repellere.l.iij.§.eū igit. ⁊ ibi glo.ff.de vi ⁊ vi
ar. Bart.in l.j.§.interdictū hoc.poſt glo.ibi.ff.vti poſ.hr̄ in l.vt
vim.ſ.de iuſt.⁊ iur.⁊ in l.j.C.vnde vi.ſup quo late inſiſtit Are.⁊
tꝫ contrarium. Et in contrarium adducit text.quē dr̄ fortiſſime vigere ⁊
non poſſe ei rñderi in l.ſi alius.§.belliſſime.§.qđ vi aut clā. vbi
edificium clam factum in fundo meo ꝑp ꝙ habeo interdictuꝫ
ꝙ vi aut clam,non lꝫ mihi ꝓpria authoritate tollere niſi ex ma
gna cā puta vt ibi gl.⁊ Bar. declarant qñ nō adeſſet copia iu
dicis vel periculū eſſet in mora:ḡ datur intelligi ꝙ rlr̄ non lꝫ.⁊
tñ ibi de neceſſitate dꝫ preſupponi ꝙ ille in cuius preiudiciuꝫ
clā fuit edificatum erat poſſeſſor:alr̄s non competeret ſibi interdi
24 ctum ꝙ vi aut clam.¶†Sed ad illum ter.potes duplr̄ rñde
re. Primo ꝙ imo ſi eſt edificatum in ſolo meo quē non poſſi
deo datur mihi interdictum ꝙ vi aut clam. Sed tunc nō poſ
ſum tollere ꝓpria authoritate ex cā.loquit ille ter.Si aūt fue
rit edificatum in ſolo meo ⁊ a me poſſeſſo: tunc poſſum ꝓpria
authoritate abſolute tollere ſm gl.⁊ Bar.ibi facit.l.ſi item.§.ſi
ad ianuam.ff.qđ vi aut clam. ⁊ l.quemadmodum.ſ.ad l.Aqui.
¶Scđo rñde.ad d.§.belliſſime.inq̄tum Aret.preſupponit ꝙ
interdictum illud qđ vi aut claꝫ non competat niſi qs poſſideat.
vr̄ contra text.in d.l.ſi alius.§.j. vbi nunciaui nouum opus verbo:
quo caſu nunciando verbo amittit poſſeſſio.l.j.§.in operis.⁊
ibi gl.⁊ doct.ff.de ope. noui nunc. Deinde ſi aduerſarius ante
remiſſionem obtentam edificauerit: dr̄ ibi text.ꝙ mihi contra eum
competunt duo remedia ſcꝫ remedium demolitorium ex nuncia
tione noui operis ⁊ interdictum ꝙ vi aut clam: ergo illud in
terdictum ꝙ vi aut clam competit etiaꝫ non poſſidenti.Et ſic
teneas predictam concluſionem q̄ eſt vtilis in practica.qđ ciuiliter
poſſidens poſſit ꝓpria authoritate expellere occupatorē reſi
ſtentē,⁊ vltra gl.⁊ Bar.in d.l.j.§.interdictū hoc.Adde Bar.in
l.j.§.nunciatio.in ij.col.in fi.ibi quid erit ſi edificans poſſideret
naturalr̄,⁊ in l.de pupillo.§.meminiſſe.in iiij.q.ſ.de ope.no.nun.
Bal.in diſput.ſua que incipit, Accuſatus de vi turbatiua.in
iiij.col.

iiij.col.Ang.in d.l.vt vim.ff.de iuſt.ꝛ iur. ꝛ in l.a diuo pio.§.fin.
poſt addictum.de re iud.Inn.in c.olim.de reſt.ſpo.do.Alex.in
ꝯſi.xcix.v.volu.incip.viſis ꝓceſſionibus cauſe.in iij.colū.ꝛ in l.
quēadmodum.in j.ꝛ ij.col.ī.eo.vbi dt ꝙ iſta eſt cōis opi.ibi vi-
deas.ꝛ ita etiam tꝫ Lud.Ro.hic. ¶ Contra cōem ꝯclonēꝫ vr̄
magis obſtare illud quod tenent Bart.ꝛ doct.in l.ij.C.de iure
emphy.vbi tenent ꝙ dominus ciuilr̄ poſſidēs non p̄t propria
authoritate expellere emphyteutam priuatuꝫ iure ſuo ſibi re
ſiſtentem.Omiſſa ſol.Are.hic ꝛ Jo.de Imol.in c.potuit.in vj.
char.de loc.Rn̄de clare ꝙ ibi emphyteuta habuit principiuꝫ
poſſeſſionis ꝛ tituli iuſtum initium qđ maxime attenditur, vt
hac.l.princ.ꝛ ideo non p̄t ſic de facili ꝓpria authoritate expelli:
ſicut ille qui a principio clandeſtine ꝛ iniuſte occupauit.l.ſed
ꝛ ſi lege.§.qđ aūt.de pe.here.ita ꝯcordat Rapha.Fulg.ꝛ bene
25 in d.l.ij.C.de iure emph. ¶ † Limita iſtum text.ꝛ iſtud no.ꝙ q
ꝓhibet reuertentem in fundum.acquirit poſſeſ.violentam, qn̄
ꝓhibitus deſijt hr̄e animuꝫ poſſidendi.Secus ſi non deſijt pu
ta dum ſe preparat ꝛ amicos vt illum repellat.l.iij.§.eum igi-
tur.ꝛ ibi gl.no.ī.de vi ꝛ vi ar.ꝛ pulchre Bal. in l.fi.C.đ his qui
a non do.manu.ꝛ eſt tex.in l.ſeq.ſed ꝛ ſi nolit.vbi ſtatim dicaꝫ.
26 †Aduerte tn̄ diligenter ꝙ ſi aliquis occupauit poſſeſſionem
ꝑ vim poſtea impetrauit a principe vel alio ſuperiore ꝯfirma-
tionem talis poſſeſſionis:talis ꝯceſſio ꝛ talis cōfirmatio nihil
vꝫ,ꝛ ſic violenta poſſeſ.non p̄t confirmari per reſcriptum prin
cipis.tex.eſt no.in l.authoritate.ꝛ ibi Bar.ꝛ alij ad hoc no.C.
vnde vi.ꝛ ibi Barto. dt ꝙ iam videt de facto eſt gl.in l.ij.C.de
fun.ꝛ ſalti.rei domi.lib.xj.quam glo.voluit allegare Bart.qui
eſt corruptus in d.l.authoritate.idem tꝫ Bar.in trac.de tyrā.
in xv.col.in x.q.Bal.in rub.C.de carbo.edi.ꝛ iu ciui.in iij.not.
preſcrip.Jo.de Imo.in rub.ī.de verbo.obl.in pe.col.Salice.ꝛ
27 Flo.in l.vniuerſis.de preci.impe.offer. ¶ †Adde ad hoc ꝙ in-
uadentibus caſtra pertinētia ad iuſtos dominos non poſſent
illa caſtra per principem ꝯcedi ſalua iuſtitia,ſiue iſti inuaden-
tes ſint perſone ſingulares ſiue cōitate.d.l.ij. cum gl.C.de fun.
ꝛ ſalti.rei domi.lib.xj.ſm̄ Bal.in l.decernimus. in j.col.ad fi.C.
de ſacroſ.ecc.Ubi dt iſtud facere ꝯ̄ Florentinos qui plura ca-
ſtra vaſallis nebule per vim acceperunt poſtea fecerunt ſibi
ꝯcedi ab Imperatore illa ꝯceſſio Imperatoris nihil vꝫ,quod
28 bene no. ¶ Quinto no.ex eo.ꝟ.ver.ꝙ qualitas violentie poſt
ea ſupueniens facit deſinere primam clandeſtinam ꝛ facit acq
ri aliam poſſeſ.violentam ita cantant ꝟba huius ver.realr̄ in-
tellecta vt iacent,ꝓſertim,dum dt,vi magis poſſidere non clā.
Ergo mutatur qualitas poſſeſſionis. In ꝯ̄riuꝫ facit text.ff.in
prin.huius.l.in ver.is aūt. qui dt ꝙ origo nanciſcende poſſeſ-
ſionis exgrenda eſt.Et ſic q̊ ad qualitatem poſſidendi inſpici-
mus originem poſſeſ.ꝛ non proceſſum vt ibi. ꝛ l.ſi de eo.§.j.ī.e.
Unde qualitas clandeſtinitatis poſtea ſuperueniens,non fa-
cit poſtea acquiri aliam poſſeſ.clandeſtinam.ita ibi eſt tex.Er-
go etiam hic qualitas violentie ſuperueniens non dꝫ facere
acquiri aliam poſſeſ.violentam ꝛ ceſſare primam clandeſtinā.
¶ Huic difficultati rn̄de dupliciter. Primo ꝙ ibi prima poſ-
ſeſſio erat iuſta.ideo ſi adijceretur clandeſtinitas adijceret in-
iuſta que eſt ꝯ̄ria ꝛ incompatibilis,vnde ſicut non p̄t quis ſibi
mutare cām poſſeſ.de nulla in aliquam.l.iij.§.illud.ff.e.ita non
p̄t mutare de aliqua iuſta in aliam iniuſtam,vt ibi. Hic auteꝫ
vtraqꝫ eſt iniuſta.ideo ſit mutatio de clandeſtina in violentaꝫ
quaſi ſint magis compatibiles. ¶ Scđo ꝛ ſubtilius rn̄de ſm̄
gl.magnam ħ circa princ.ꝙ prima naturalis q̄ habuit ſine vi,
in qua vt dixi inſpicitur origo,non mutatur in violentam. Sꝫ
bene ciuilis que hr̄ ex non admiſſione reuertentis dn̄i eſt illa
que hr̄ cum vi,ꝛ ſic non p̄t fieri mutatio de vna iniuſta in aliaꝫ
iniuſtam:nec de clandeſtina in violentam,put etiam gl. in l.cū
nemo.C.eo.ꝛ ſic in iſto tex.non ſit mutatio. Sed remanent am
be,ſcꝫ prima naturalis clandeſtina.ꝛ ſecunda ciuilis violenta
q̄ acquiſiuit ꝓhibendo volentem ingredi.ꝛ dicetur ſup illa gl.
Uel tertio potes rn̄dere,ꝙ iſta.l.in prin. procedit qn̄ nulla cā
extrinſecus interceſſerit. Sed hic ſuperuenit cā extrinſec⁹:qꝛ
iſte non ſolum clandeſtine occupauit poſſeſſioneꝫ abſentis va
cantē,ꝛ ſic effect⁹ eſt clādeſtin⁹ poſſeſſor. Sed ēt poſtea reuer
tentē dn̄m non admiſit,ſꝫ ꝓhibuit intrare in fundū.Et pp̄ iſtā
nonam cām extrinſecus ꝓuenientem efficit violentus poſſeſ-
ſor,ꝛ de mutatione cāe ſeu q̄litatis poſſeſſionis qn̄ liceat vide
tex.in l.non ſolā.§.qđ vulgo.ī.ti.j.ꝛ Bar.in l.iij.illđ.ff.e. ¶ Itē
29 †circa iſtum ꝟ.ver. Pro eius ampliatione diligenter aduer-
te,ꝙ ꝯſtitutio penalis.l.ſi quis in tantā.C.vnde vi. loquens in
expellente ꝑ vim aliquē de poſſeſ.ꝙ priuetur dn̄o illius rei,hꝫ
locum ēt in eo qui non expulit directo ꝑ vim , ſed dn̄ poſſeſſor
eſſet ꝓfectus ad nundinas,clam intrauit poſſeſſionē. ꝛ poſtea
reuertentē noluit admittere.Quo caſu clā ꝯuertitur ad vim,
ꝛ tunc hr̄ perinde ac ſi per vim expelleret,vt hoc tex.in fi.ꝛ ita

in terminis tꝫ gl.in d.l.ſi quis in tantā.ꝛ ibi Bal. in iij.col.in x.
q.notat multum illam glo.ad ſtatuta loquentia de expellente
aliquem de poſſeſ ꝙ inuadens poſſeſſionem in qua ille qui re-
ceſſit neminem reliquit.Et ſic in q̊ non erat aliqs corpore ta-
men poſſidebat aīo ꝑ abſentem ciuiliter.ſi ille poſtea redeat,ꝛ
ingreſſus reuertentē non admittit: punitur q occupauit ſicut
30 ſi vere expuliſſet. ¶ †Expellitur em̄ quis tribus modis. Pri-
mo q̄do in poſſeſſione inuētus expellitur de ea. Scđo q̄do nō
inuenitur ꝛ reuertens non admittit.Tertio q̄do metu non re-
uertit,ꝛ iſte ēt dr expulſus.Et in oībus iſtis hꝫ locum. d.l.ſi qs
in tantā.q̄uis ſit penalis,ꝛ in oībus iſtis trib⁹ habent ēt locuꝫ
ſtatuta loquentia de expulſis. Ita ibi formalr̄ ꝛ ad literam tꝫ
Bal.ſunt egregie deciſiones ꝛ mirabiles ampliatiōes ad hūc
31 tex. ¶ Subdit ēt ibidē Bal.ꝙ ſi accuſo aliqueꝫ ꝙ expulit me
de poſſeſ.ꝛ non poſſum ꝓbare ꝙ eſſem tunc in poſſeſſione: qꝛ
tunc re vera non eram nec volui temere reuerti. certe prote-
ſtor coram iudice ꝛ teſtib⁹ ꝙ metu non poſſum reuerti. ꝛ hac
ꝓteſtatione facta intelligor expulſus. ¶ No.diligēter iſta oīa
ad hunc tex.ꝛ ad practicā. Sed tu attende qꝛ gl. mag.ħ,circa
p̄n,ꝛ doc.hic,dicunt ꝙ naturalis remanet clandeſtina ꝛ ciui-
lis violenta.put ēt dixi in p̄cedenti no.ꝙ dꝫ agi interdicto vn-
de vi,ad ciuilem poſtea vti poſſidetis ꝓ naturali.Non ꝙ dicat
expulſio violenta imo potius ꝯ̄rium cum dicat initiū inſpicien
tibus.ꝛ ita ēt tꝫ d. Alex. in l.quemadmodum.ī.eo.vbi reꝓbat
Bal.in d.l.ſi qs in tantam.male allegantē gl.ħ que poti⁹ vult
32 ꝯ̄rium ſm̄ eum. ¶ † Septimo ex eod.ver.ver. Pondera ħ vi-
deri tex.ꝓ eo qđ tꝫ nouiter Are.in l.iij.§.in amittenda.in ij.col.
ff.eod. Ubi tꝫ ꝙ illud qđ dr ꝙ ex eo ꝙ quis ſuſpicatur ſe poſſe
repelli perdit poſſeſſionem.vt in l.ſeq.ꝓcedit quando eſt extra
fundum.ſecus ſi eſſet in fundo:qꝛ cum ad admittendaꝫ poſſeſ
ſionem requirat corpus ꝛ aī⁹.l.quemadmoduꝫ.ī.eo.ꝛ l.fere.ij.
ff.de reg.iur.ergo q̄uis ſuſpicetur ſe poſſe repelli:tamen ſi non
eiciatur corpore ex̄ locum,non ꝑdet poſſeſſionem loci in q̊ eſt.
Pro hoc ponderat tex.in l.qđ meo.§.fi.in vlti.reſp.iuncto ꝟſ.
preced.ī.eo,vbi vr̄ probari ꝙ ēt q̄do quis dꝫ veriſilr̄ ſuſpicari
ſe poſſe repelli non tamen ꝑdit poſſeſſionē loci in q̊ eſt niſi inde
deijciat.Ad idem allegat.l.j.§.pe.ī.de vi ꝛ vi ar. inducendo vt
ꝑ eum.Facit iſte tex.cum l.ſeq.qui cum myſterio loqt de exiſtē
te ex̄ fundum qui pp̄ metuꝫ non vult vel non audet redire.Et
ſic iura ſemꝑ loquuntur de exiſtente ex̄ fundum,vt hic,ꝛ d.l.iij.
§.in admittenda.in ver.ſi quis nunciet.ff.eo.ꝛ l.ſi id qđ.§.fin.ī.
eo. Adde notandum ꝙ ſi quis eſt perſonalr̄ in loco,ꝛ ipſe ſu-
ſpicetur ſe poſſe repelli:tamen ex q̊ metus vel ſuſpitio non ſor
titur effectū:qꝛ ꝑſeuerat remanere corpore in loco.ꝙ non pri-
uetur poſſeſſione,ꝛ vr̄ ſatis bona ꝯſideratio. Alij nihil tāgūt.
¶ Adde in ꝯ̄rium vr̄ ſtringere ꝙ ſola ſuſpicio operet amiſſio
nem poſſeſſionis,dato ꝙ eius ſit in feudo ꝛ eum poſſideat.Nā
ſi dominus exiſtens in fundo quē poſſidet nunciet alij nouum
opus ꝟbo.ꝑ talem nunciationem ꝟbalē ꝑdit poſſeſſionem pp̄
ſuſpicionem:qꝛ meticuloſus.l.j.§.in operis.ꝛ ibi gl.ꝛ doc.ꝛ l.de
pupillo.§.meminiſſe.ff.de ope.no.nunc.Ergo lꝫ ſim in fundo ꝛ
nunciem ꝟbo:tamen pp̄ ſuſpicionem meticuloſam ꝑdo poſſeſ
ſionem.ergo ꝯ̄ Are.ꝛ iura ꝑ eum alleg.parum faciunt:qꝛ in d.
l.quod meo.§.fina. vbi ingreſſus cum exercitu non occupauit
niſi partem fundi,eſt preſumptio ꝙ noluit aliam partem occu
pare in qua ego ſum,ideo non perdo vt ibi:qꝛ non debi veriſi-
militer ſuſpicari de alia parte.prout preſupponit Are. ꝛ ma-
le,ꝛ ſic ille tex.nihil facit.Et ſic habes magnam ampliationeꝫ
ad rl'a n,ꝙ qui ſuſpicatur ſe poſſe repelli perdit poſſeſſionem,
vt in iuribus.ff.allega. vt illa iura generalr̄ ꝓcedant: ſiue talis
ſuſpicans ſit extra fundum ſiue etiam in fundo.quod bene no.
33 ¶ † Octauo not. ex l.ſeq. ſed ꝛ ſi nolit iuncto.§.precedenti.qđ
ad amiſſionem poſſeſ. ciuilis , paria ſunt quem repelli vel ſu-
ſpicari ſe poſſe repelli.Facit.l.ſi id qđ.§.fi.ī.eo.l.iij.§.ſi quis au
tem viſis.ī.de vi ꝛ vi ar.ꝛ l.non ſolum.§.ſi dominus.ī.ti.j.ꝛ l.iij.
34 §.ſi quis nunciet.ff.eod.† Sicut paria ſunt vel quod guerra a-
ctualr̄ vigeat,vel quod ſit timor guerre ad hoc vt fiat remiſſio
publicanis ſeu conductoribus gabellaꝝ vigore pacti q̊ in ca-
ſu guerre fiat remiſſio ſeu reſtaurum datiarijs.Ita no.tꝫ Pe.
de Anch.in ꝯſi.lxxxvij.incip.premiſſa facti ſerie refert ꝛ ſequi-
tur do.Alex.in l.diuortio.in prin.in iiij.col.ff.ſolu.matr.Acce-
dat illud Senece:Prior eſt bello timor ipſe belli. Sed aduer-
te qꝛ reuerſus fuit repulſus:tunc bene clandeſtinus poſſeſſor
incipit vi poſſidere.ita dicit text.in §.precedenti. in fin.eodem.
quia tunc videtur vi expulſus.l.j.§.vi poſſidere.ī.de vi ꝛ vi ar-
mata.Sed quando rediens eſt ſuſpicatus ſe poſſe repelli:tunc
textus in iſta.l.ſed ꝛ ſi quis ſolum dicit quod abſens amittit
poſſeſſionem.non autem repetit ꝙ etiam tunc clandeſtine in-
greſſus incipiat vi poſſidere.ꝛ iſtđ videtur rationabile : qꝛ iſto
ſecundo caſu in admiſſione ciuilis nulla eſt illata violētia.ꝛ ita

etiam tenent Mod.Senen.hic in vi. no.Tñ Bar.in ſumma-
rio ⁊ cõiter doc.tenent ↄ̃riũ ꝙ vtro ꝗʒ caſu clandeſtinus in-
greſſoꝛ incipiat vi poſſidere ſiue non admiſerit redeuntez ſiue
ipſe rediens ſuſpicat⁹ fuerit ſe poſſe repelli.Sed p̄cedens di-
ctum eſt equius ⁊ magis de mente iſtoꝝ iuriũ.⁊ illud tene.
35 ¶†Nono ⁊ vltimo.ex ea.l.ſed ⁊ ſi nolit.hic videri tex.ꝓ eo ꝙ
tñt alibi glo.⁊ doc.ꝙ ꝑ vim deiect⁹ de poſſeſſione ſi ſe p̄parat
ad recuperandum poſſeſſio.nunꝗ̃ deſinit ciuil̃r poſſidere.gloſ.
eſt no.in l.iij.§.eũ igit.⁊ ibi Bar.⁊ in.l.q poſſeſſionē.⁊ ibi Bar.
ī.de vi ⁊ vi ar.Idem pʒ ex hoc tex.dũ dt,ſed ⁊ ſi nolit in fundũ
reuerti amiſiſſe poſſeſſionē .. vr.Ergo ſi velit in poſſeſſionē re-
uerti,⁊ ad hoc ſe p̄parat,non amittit ciuilem.facit.l.iij.§.in a-
mittenda.ſ.eo.in ꝟbo,timore ↄterritus noluit accedere: ꝗ̃ ſe-
36 cus ſi voluit accedere,⁊ ſe p̄parauit. ¶†Adde ⁊ valde no.ꝙ
ſi dux vel p̄nceps vel alius expellatur de terra ſua,licitum eſt
q̃ñcunꝗʒ ꝓpꝛia auctoritate recuperare quoties ſeſe facultas
obtulerit ēt poſt decennium.Et dicet̃ incontinenti recuperaſ-
ſe,cum ſemꝑ habuerit aĩuʒ recuperandi,nec vnꝗ̃ diligentiam
ꝑtermiſerit in recuꝑando. Dictum fuit famoſum ⁊ oꝛiginale
Hugu.j.diſt.in c.ius naturale.in gl.ſua antiqua.ꝙ refert ⁊ ſeq̃t
Bal.reputans tenendũ menti in fi.C.de his q a nõ do.manu.
⁊ in c.in literis.de reſti.ſpo.Io.de Imo.in l.j.§.q p̄ſens.ī.ð ꝟb.
obl.Ang.de Are.in §.q̃drupli.in xvj.col.ad fi.inſti.de act.facit
ꝙ vult glo.in c.olim p̄mo.de reſti.ſpo.in ꝟbo ſtatim.q̃ exponit
ſtatim.i.ꝙ pꝛimum potuerunt.quod valde no.⁊ ita habes ꝑfe
ctiſſime vt puto expedita no.huius.§. ¶Capio gl.in ꝟb.poſ-
ſeſſionem.Iſta gl.eſt p̄ncipal̃r facta ꝓp ↄ̃riũ.l.iij.§.ex ↄ̃rio.ſ.
eo.⁊ in effectu ponit tres ſol.ſm̃ tres diuerſas opin.ibi plenı⁹
relatas in gl.Pꝛima eſt ſol.Ioã.⁊ iſta cõiter ap.ꝓbatur.Scd̃a
eſt q̃ attribuitur Rog.⁊ fuit quoꝛundã antiquoꝝ,qꝛ Rog.nõ
tenuit ꝙ duo poſſent inſolidũ ciuil̃r poſſidere,niſi in certis ca
ſibus,ſed fuerunt quidam antiqui quos gl.ibi refert.Tertia ē
ſol.Plac.⁊ Azo. ¶Diuide iſtam gl.in v.partes.In pꝛima ti-
moꝛe ↄ̃rij.d.l.iij.§.ex ↄ̃rio.ponit veram ſol.Io.In ſcd̃a arguit
ↄ̃ Roge.de iſto text.dupl̃r inducendo.In tertia ſcd̃e introdu-
ctioni rñdet ſm̃ Rog.Sed eius reſponſionem reꝓbat.In q̃r-
ta reſpondet alio modo.In quinta ponit tertiam ſol.ſm̃ opin.
Azo.⁊ Pla.ſcd̃a ibi,⁊ ſic audi Roge.tertia ibi,ſed ipſe rñdet.
quarta ibi,melius aũt poſſet dicere.quinta ⁊ vltima eſt ibi,ſʒ
ſm̃ Pla.⁊ Azo. ¶Et aduerte ꝙ lʒ gl.duobus modis inducat
iſtum tex.ↄ̃ Rog.Tamen ad pꝛimam inductionē gl.⁊ Barto.
non rñdent,⁊ non curarunt de illa pꝛima inductione: eo qꝛ il-
la pꝛima inductio non venit niſi cum quibuſdã ſuppletionib⁹
qꝛ tex.non dt ꝙ ingreſſus habeat naturalem tm̃.Iſta eſt ſub-
auditio gl.ideo de pꝛima inductione non eſt curanduʒ. ¶In
tertia par.gl.ibi ingrediens non h̃t ciuilem qꝛ nec naturalem.
37 ¶†No.bene iſtam ſol.Rog.ꝙ non p̄t qs acq̃rere ſolã ciuileʒ
ſine naturali,⁊ ad hoc tota die allegatur iſta gl.Iſtam ſo.Ro
ge.⁊ ſic iſtam ↄcl̃onem ap.ꝓbat Bart.h̃,⁊ ꝓ ea allegat.l.quod
meo.§.fi.ī.eo.⁊ gl.in l.iij.in p̄nc.⁊ in §.in amittenda.ſ.e.Iſte eſt
pulcher ⁊ neceſſarius paſſus quē intendo bene examinare,an
ciuilis poſſeſ.poſſit a p̄ncipio ſola acq̃ri ſine naturali.Bart.h̃
ſecutus Rog.tʒ ꝙ non ⁊ ſequuntur Mod.Senen.hic.Sʒ gl.
tʒ ↄ̃riũ,q̃ ſequuntur Ang.Imo.Pau.de Ca.do.Alex.⁊ ce-
teri plenius Aret.hic.Et ſic iſta pars affirmatiua ↄ̃ Bart.eſt
magis cõis.Et dt Are.ꝙ iſtam gl.reputat ſingu.in iure quod
poſſit acq̃ri ciuilis vacans abſqʒ naturali. Mouentur p̄fati
doc.qꝛ lʒ in fundo dimiſſus ſit aliquis ꝑ abſentem,⁊ ali⁹ ingre
diatur aĩo acquirendi ciuilem q̃ vacat:nihil repugnat quin il-
li acq̃rat̃ ſola ciuilis,dato ꝙ alius exiſtens in fundo poſſideat
natural̃r ex q̊ in acquirenda tali ciuili coꝛpus ⁊ aĩ⁹ interuenit,
⁊ ſic ceſſat fundamentum Rog.Alias ſequeretur ꝙ nud⁹ pꝛo
pꝛietarius,⁊ ſic dominus qui ciuil̃r tm̃ poſſidet,⁊ naturalis ē
penes emphyteutam feudatarium vel vſufructuarium,non
poſſet transferre illã ciuilem ſolam in alium inducendo euʒ in
poſſeſſionem,ꝙ eſt falſum.l.locũ.§.pe.ſ.de vſufru.Ergo appa-
ret ꝙ ſola ciuilis p̄t acquiri a nudo ꝓpꝛietario ſine aliq̃ natu
rali.Sed iſtud fundamentum paꝝ facit vt ēt fatet̃ Aret.qꝛ ibi
transfertur ciuilis ex voluntate dñi qui vult eam transferre.
Per hoc non ſequit̃ ꝗ̃ ſil̃r p̄t acquiri ſola ciuilis per occupa-
tionem:cum facilius transfert̃ poſſeſſio ↄcurrente volũtate do
mini tradentis q̃ vbi non ↄcurrit.l.qð meo.§.ſi venditoꝛē.ī.eo.
⁊ gl.in l.j.in p̄n.in gl.j.ſ.eo.Et dum dixi de ciuili q̃ vacat: qꝛ tu
poſſes dubitare ⁊ dicere ꝙ ciuilis non vacat ex q̊ eſt apð dñm
abſentem.De illa non loq̃mur tenendo cum Rog.ꝙ duo pñt
ciuil̃r poſſidere vt ſtatim.ī.in ſpecie declarabo. ¶Vltra ſcri-
bentes adde tu ↄ̃ Bart.aliam gl.ī.gl.magna.in pe.parte.⁊ ibi
do.Alex.in vlti.char.eam ponderat ↄ̃ Bar.hic.Sed an illa gl.
pꝛobet:ibi dicetur.Item ↄ̃ Bar.Adde etiam gl.in l.Pompo.
38 nius.§.ſi is qui pꝛecario.in gl.magna,in fi.ī.eo. ¶†Scd̃o ad-
de ꝙ alibi dt not.Bal.in l.ij.in j.q.C.vbi in rem act.ꝙ iudex p̄t
quem mittere in ciuilem poſſeſſioneʒ ꝓ ſola ciuili ↄ̃nda abſqʒ
naturali:⁊ factum iudicis reputatur factuʒ partis.l.ſi ob cã,
39 C.de euict. ¶†Tertio in ↄ̃riũ pondera illud ꝙ vult Bart.
met.in l.non ſolum.§.moꝛte.ſ.de ope.no.nun.In pꝛima ſpecie
pꝛoteſtationis ante fi.vbi tʒ,ꝙ ſi expuli te de fundo,⁊ fui tunc
ꝓteſtatus,ꝙ hoc non faciebam niſi aĩo q̃rendi ciuilem poſſeſ-
ſionem tm̃:ꝙ iſta pꝛoteſtatio operatur vt ſolum circa illam ci-
uilem videar deliquiſſe.allegat glo.in l.j.ſuper verbo nec vi.C.
vti poſ. ¶Quarto ⁊ vltimo aduerte ↄ̃ Bar.ꝙ ex quo natura
lis erat penes illum qui remanſerat in fundo ꝓ domino abſen
40 te:ergo †non poterat dari ciuilis vacans eo qꝛ ſtatim natura
lis trahit ad ſe illam ciuilem vacantem etiam poſſeſſoꝛe igno-
rante ⁊ ciuilis immediate ſil̃ iungitur cum naturali,vt eſt glo.
not.⁊ ap.ꝓbata in l.ſeq.ſed ⁊ ſi nolit.d.Alex.in diſcurſu ſermo-
nis incidenter dt,ꝙ ciuilis p̄t vacare q̃do non occupatur per
exiſtentem in fundo.Tu potes vltra eum iſtud ↄfirmare.Naʒ
qui remanſit in fundo ꝓ dño abſente: potius remanſit ad cu-
ſtodiam fundi:ideo non habuit aĩuʒ acquirendi aliquam ciui
lem ⁊ eam ↄiungendi cum naturali.nimiꝝ ſi tunc ciuilis remã-
ſit vacans.Sed caue,cum ciuilis vacans ſtatim ↄiungat̃ cuʒ
naturali ēt ignoꝛante poſſeſſoꝛe ſm̃ gl.no.in l.ſeq.vbi dicetur,
⁊ ſic vr̃ ꝙ opin.Bar.non poſſit ꝓcedere.Iſta ſunt q̃ faciunt ↄ̃
Bar.ↄ̃ quem eſt cõis opi.glo.⁊ alioꝝ,ꝙ ciuilis ſola poſſit acq
ri ſine naturali. ¶Lʒ cõis opi.glo.⁊ ſcriben.ſit ↄ̃ Bar.tamen
qꝛ ea que in ↄ̃riũ adducuntur parum vigent,poſſet de facili
teneri opi.Bar.que magis vr̃ ↄſonare veritati.Et ꝓ opi.Bar.
faciunt duo boni tex.Pꝛimo tex.in l.iij.§.Neratius.in j.reſpõ.
vbi etiam dixi.ſ.eo.Vbi tex.formal̃r dt,ꝙ non poſſumus ac-
quirere poſſeſſionem aĩo ſi non accedat naturalis poſſeſſio:ꝗ̃
ibi videtur tex.ꝙ non poteſt acquiri ciuilis ſine naturali.⁊ ille
tex.ſimpliciter ⁊ general̃r loquitur. Ad idem text.in d.l.iij.in
p̄nc.ſ.eo.vbi traditur r̃la generalis,ꝙ non poteſt acquiri poſ-
ſeſſio animo de per ſe,ſine coꝛpoꝛe:ergo non p̄t acquiri ciuilis
ſola ſine naturali.Eſt veꝝ ꝙ tex.in d.§.Neratius.lʒ in j.reſpõ.
generaliter loquatur:tamen vr̃ pꝛincipaliter loqui de reb⁹ mo
bilibus,vt ex ſequentibus pʒ,⁊ ibi plenius dixi circa hoc.Itē
lʒ tex.in d.§.Neratius,videatur in pꝛinc.general̃r loqui: tamē
pꝛincipalis deciſio illius.§.eſt loqui de theſauro ⁊ rebus que
in nullius bonis ſunt,quaꝝ poſſeſſio difficilius acquiritur ꝙ̃
ceterarum.cum requiratur actualis amotio de loco: vt ibi dt
tex.in fi.⁊ gl.in l.j.in pꝛin.in verbo pꝛinc.ſ.eodem.⁊ ibi clarius
Bar.in iiij.q.pꝛinc. Nimirum ſi ibi non p̄t acquiri ſolã ciuilis
aĩo ſine coꝛpoꝛe cum ibi ēt requiratur actualis amotio,⁊ ſic
iſte paſſus eſſet diſputabilis ãd vtranꝗʒ partē.Vltra gl.Bar.
impugnat ſol.Rog.duobus alijs medijs. Pꝛimo ſi verus eſſet
intellectus Roge.ꝙ ingreſſus clandeſtine poſſideret natural̃r
⁊ ciuil̃r,non bene fieret illatio in tex.in ver.retinet ergo poſſeſ-
ſionem.Imo potius fieret illatio in ↄ̃riũ,ſi ille h̃t vtranꝗʒ
poſſeſſionem ⁊ naturalem ⁊ ciuilem.Sed ad hoc rñdet Aret.
ꝙ illatio ſit ex eo quod.ſ.dixi clam poſſidere.Nam clãdeſtina
poſſeſſio pꝛeſupponit alium poſſidere al̃s non diceretur clan-
deſtinus poſſeſſoꝛ niſi reſpectu alterius poſſeſſoꝛis,vt pꝛoba-
bitur nunc.Illatio ergo tex.venit hoc modo.Si ingreſſus clã
deſtine poſſidet:ergo ſequit̃ ꝙ abſens retinet poſſeſſionē.Aſ-
ſumptum ꝙ clandeſtina poſſeſſio p̄ſupponat alium poſſeſſo-
rē:firmant Iac.de Are.Imo.⁊ Are.h̃.Pꝛo hoc põderat Are.
tex.in l.cum q̃rebatur.C.vnde vi.vbi ↄ̃ occupanteʒ poſſeſſionē
vacantem ante illam ↄſt͠onem non ↄpetebat interdictum qð
vi aut clam. Sed illa conſtitutione datur remedium tanꝗ̃ ↄ̃
pꝛedoneʒ.Ergo ibi eſt tex.ꝙ occupans poſſeſſionem vacantē
non dr̃ clandeſtinus poſſeſſoꝛ ſicut etiam non dr̃ violenta poſ-
ſeſſio niſi vbi poſſeſſoꝛ eſt deiectus.l.ſequitur.§.item ſi occupa
ueris.cum gl.ī.tit.j.⁊ tangitur.ī.in gl.magna.in pꝛin.ergo clã-
deſtina poſſeſſio pꝛeſupponit alium poſſeſſoꝛem:ergo illatio
41 bene ſequitur ex tex. ¶†Sed tu aduerte circa aſſumptũ Are
ti.ꝙ ad hoc vt dicatur clandeſtinus poſſeſſoꝛ nõ eſt neceſſe ꝙ
ſuſpicetur poſſeſſoꝛem ſibi motuꝝ ↄtrouerſiam:puta qꝛ null⁹
ſit poſſeſſoꝛ.Sed ſufficit ꝙ ſuſpicetur alia ratione aliũ ſibi mo
turum ↄtrouerſiam:puta ratione dominij,lʒ non poſſideat vt
eſt gl.in d.l.ſequitur.§.item ſi occupaueris.⁊ in d.l.fina.C.vnde
vi.⁊ tʒ ſimpliciter do.Alex.hic.⁊ Bart.in l.ſi de eo.§.fina.ī.eo.
⁊ in l.j.§.interdictum hoc.ī.vti poſſid.Pau.de Ca.in pꝛinc.hu
ius.l.vbi etiam dixi,⁊ eſt bonus tex.in l.ſi ancillam.in pꝛinc.ī.ꝓ
ſuo.Nec obſtat text.in d.l.cum querebatur.allegatus ꝑ Aret.
qꝛ Bart.intelligit illum text.quando illa res nunquam fuit a
domino poſſeſſa,⁊ ſic fuit omnino vacans.ſecus ſi antea fuiſ-
ſet per dominum occupata,vt ibi pꝛobatur per eum. ¶Vltra
Aret.potes reſpondere ꝙ illatio in tex.fiat hoc modo,qꝛ tex.
dt videri eũ clam poſſidere. Ex hoc ſequitur illatio ergo dñs
retinet

retinet poſſeſſionem pꝫ.nam clandeſtina poſſeſſio dr que dño
ignorante clam occupat:vt expſſe dt tex.in hac.l.in prin. Sed
ignorans non amittit ciuilem poſſeſ.q̃ aĩo retinetur: ꝛ ſic ſine
aĩo amitti non p̃t.l.iij.§.in amittenda.ſ.e.l.quēadmodum.j.e.ꝛ
l.ſi quis vi.§.dñiam.j.eo.ꝛ gl.iſta in fi. ergo bene ſeq̃tur: cum p
occupantem acquiratur clandeſtina:ergo ꝑ abſentem ꝛ igno/
rantem retinetur ciuilis poſſeſ.Iſto modo melius defenditur
Rog.a pmo fundamento Bart.¶ Scdo impugnat Bart.qꝛ
ſic clandeſtine ingreſſus poſſideret naturalr ꝛ ciuilr: vt vult
Rog.ꝛ poſtea dñs repelleret aut ſuſpicaret ſe poſſe repelli:il/
la alia ciuilis acquireretur ingreſſo:ꝛ ſic hr̃t duas ciuiles:ꝙ ē
abſurdum ſm Bar.Adde ꝙ ante eum iſtam impugnationem
facit gl.magna.j.in ij.par.pri.ꝛ ibi Bar.in ij.col.ponderat.Sꝫ
facile eſt rñdere:qꝛ qua rõne tꝫ Roge.plures ciuiles poſſe hr̃i
in vna re.Ita non eſt abſurdum duas ciuiles cadere in eadeꝫ
perſona p̃ſertim diuerſis reſpectibus ꝛ cauſis.Niſi dicas ꝙ h
eſt maius inconueniens.ſ.in eadem perſona ꝛ eadem re:vnum
habere duas ciuiles:ſecus in diuerſis pſonis lꝫ reſpectu rei.
Circa tertiam opi.Azo.ꝛ Pla.Bar.reꝓbat ꝑ duos modos d
quibus hic ꝑ eum.Adde fortius facere:qꝛ ingreſſus clandeſti
ne poſſidet naturalr corpore: alius abſens poſſidet naturalr
aĩo,ꝛ ſic diuerſis qualitatibus.Certe ſi ingreſſus exeat fundũ
illam naturalē q̃ poſſidebat corpore:nunc ex q̃ exiuit poſſidet
aĩo qꝛ q̃do naturalis eſt,vt ꝑ ſe ſine ciuili retinetur ꝑ abſenteꝫ
ſolo aĩo:vt eſt gl.in l.j.in prin.ſ.eo.ꝙ̃ reperirentur duo natura
liter poſſidere eadem qualitate.ſ.aĩo.Ergo ſol. Azo.ꝛ Placē.
non ſemper ꝓcederet.Stant ergo ex gl.tres lect. antiquorum
ꝛ cõiter tenetur lect.Jo.vt dixi.¶ Sunt q intelligunt quarto
modo iſtum tex.ꝙ ingreſſus clandeſtine poſſeſſioneꝫ abſentis
non poſſideat naturalr ꝓprie ꝛ vere.prout gl.ꝛ doc.volunt: ſꝫ
poſſideat ficte ꝛ improprie:ꝛ ſolum in eius dannum ꝛ odiũ vt
42 poſſit repelli, ꝛ conueniri ac ſi vere poſſideret † ſicut dicimꝰ in
eo qui dolo deſijt poſſidere qui fingitur in ſui dannuꝫ ꝛ odiũ
poſſidere.l.ſin autẽ.§.ſed ꝛ is.ꝛ l.is qui dolo.ſ.de rei ven.Sꝫ nõ
in eius fauorem.vt declarat Bar.in l.naturalr. in iiij.col.j.ti.j.
43 †Et quod in iſto tex.clandeſtine ingreſſus poſſideat non ve/
re,ſed ficte ꝛ improprie pꝫ,nam tex.dt videri,ꝛ intellr.Iſta ver/
ba denotant fictionem ꝛ improprietatem. De verbo videri ē
tex.vulgatus.in l.j.§.deieciſſe.j.de vi ꝛ vi ar.in l.ſi duo.ꝛ ibi gl.
not.ſ.de acqui.here.ꝛ in l.ſi pater filio. ꝛ ibi gl.j.de his que in
frau.cred.Bart.in l.ſi quis ꝓ emptore.in ij.char.j.ti.j. De ver
bo intellr ꝙ importet fictionem ꝛ improprietatem , facit l.fi.§.
pen.ꝛ l.ſi quis cum teſtm̃ nullum.ſ.de iur.codic.glo.in l.heres
quandoqꝫ.ſ.de acq.here.gl.in c.ſtudijs.in gl.j.de preſum.Bar
to.in d.l.ſi is qui ꝓ emptore.in iij.char.Iſto modo intelligen/
do tex.ceſſaret oppo.glo.de d.§.ex ꝯrio.qꝛ hic duo non poſſi
derent inſolidum eandem rem ex quo ingreſſus clam non poſ
ſidet vere,ſed ficte ꝛ improprie.Et huic intellectui ſatis vñr ap
plaudere verba tex.Sed iſte intellectus non plꝫ ad hunc tex.
qꝛ illatio que ponitur in verſ.retinet.ergo non bene inferretur
ex precedentibus.Qꝛ ſi ingreſſus clam non poſſideret natura
liter ꝓprie ꝛ vere:ſed ficte ꝛ imꝓprie nõ ſequeretur: ergo abſens
retinet poſſeſſionem.Unde veritas eſt ꝙ talis ingreſſus poſſi
det corporalr,ꝛ ſic naturalr vere ꝛ ꝓprie: ꝛ illa verba videri ꝛ
intellr. Potius reſpiciunt qualitatem clandeſtinitatis ꝛ vio/
lentie,q̃ ipſam poſſeſ.Nec eſt verꝫ aſſumptuꝫ ꝙ clandeſtine in/
greſſus ſolum fingatur in ſui damnum ꝛ odium poſſidere non
44 autem in ſui fauorem. † Sicut dicimus in eo qui dolo deſijt
poſſidere:qꝛ imo poſſidet etiam in ſui fauorem. Pꝫ:qꝛ hꝫ in/
terdictum vti poſſid.ꝯ quemcunqꝫ extraneum.l.j.in fi.j.vti poſ
ſid.Item hꝫ interdictum vnde vi ſi expelleretur.l.j.§.qui a me.
ꝛ §.deijcitur.j.de vi ꝛ vi ar. Et ita in ſpecie declarat Bar.in l.
j.in prin.in ij.char.ſ.eod.Item fortius iſta naturalis q̃ hꝫ in/
greſſus, p̃t operari effectum vſucapionis ꝛ ſic acquiſitionis
dominij q̃do ciuiliter poſſidens deſineret ciuilr poſſidere:quia
tunc corporalis trahit ad ſe ciuilem,vt eſt gl.no.ꝛ approbata.
l.ſed ꝛ ſi noluit.ꝛ id ſpecie ita tꝫ ad terminos noſtros Bart.in
d.§.ex ꝯcto.in pen.col.vbi dixi. Sed iſta ceſſant in eo qui dolo
deſijt poſſidere que nullo modo poteſt cenſeri ad fauorē ſuuꝫ
45 poſſidere.Nec obſtant illa duo verba poſita in tex.qꝛ vltra rñ/
ſionem quam.ſ.dedi:dico quod imo verbum videtur etiaꝫ ali
quando importat veritatem.l.naturalr.in princ.ꝛ ibi Aret.ad
hoc not.j.eod.ꝛ l.qui liberis.§.hec verba.ſ de vulg.ꝛ pup.ꝛ in
ſpecie Bal.in l.etiam.per illum tex.C.de iure do. vbi no.Bal.
ꝙ verbum videtur ibi non importat fictionem ſm verbi debi/
tam ꝛ ſanam interpretationem,ꝛ Bal.in rub.extra de p̃ſcript.
in ij.col.vbi dt,ꝙ verbum videtur ſignificat veritatem quãdo
eam p̃t ſignificare.ideo debemus materiam ſubiacentem inſpi
cere ſm eum . Preterea quando verbum videtur ponitur in
his que ſunt iuris:importat veritatem vt ſtatim dicam. ſilr ver/
bum intellr: aliquando importat veritatem.l.j.§.item acquiri
mus,ꝛ ibi Aret.ad hoc no.ſ.eo.Bal.no.in c.bone memorie.in
pe.col.de appel.vbi bene ad ꝓpoſitum noſtrum:dt,ꝙ verbum
intellr in his que iuris ſonat veritatem.prout eſt in hoc text.
Capio glo.magnam in verbo non clam.Iſta gl.ſm Bar.in p̃n
cip.huius.§.eſt intricata.Ideo vt extrices: diuide eam magi/
ſtralr ꝛ cum intellectu in quatuor partes principales expediē
do vnamquamqꝫ de per ſe.In prima timore taciti ꝯrij ꝙ nũc
inducam,declarat tex.deinde ꝯ tex.expreſſe opponit ꝛ de ſolu.
ſe remittit. In ſecunda per viam queſtionis remouet fortem
oppo.ꝯ tex.In tertia format queſtionem de ingreſſo ꝓhiben/
te redeuntem qui non vult ciuilem acquirere.In quarta ꝛ vlti
ma per viam q̃onis ponit que remedia ꝯpetant dño reuerſo ꝑ
recuperanda naturali q̃ ingreſſus occupat.Scda ibi.ſed quã
hꝫ vi.Tertia ibi:ſed quid ſi hoc ingreſſus. Quarta ꝛ vltima ē
ibi.item iam non eſt queſtio. ¶ Redeo ad primam partem in
46 qua vt dixi gl.timore taciti ꝯrij declarat text. † Iſtud tacitum
ꝯrium eſt:qꝛ tex.in fi.dicit:vi magis intellr poſſidere non clã:
a illa dictio magis eſt comparatiua.Ergo debet preſupponere
poſitiuum cuius reſpectu fit comparatio.Nam comparatiuũ
preſupponit participationem vtriuſqꝫ,ſed in vno magis quã
in altero.l.vbi autem non apparet.in prin.vbi dixi.j.de verbo.
obl.Bar.in l.cum filijs.§.parte.cum ſimi.ſ.de legat.ij.ꝛ tamen
tex.dt.vi magis intellr poſſidere non clam:deberet dicere quã
clam.Glo.huius timore ſubaudit tex.dictionem tm̃ : ꝛ ſic non
tm̃ clam.ſed magis vi:ꝛ ſic ſimul poſſidet ꝛ vi clam: ſed magis
vi.Iſta ſubauditio violat tex. ꝛ dictio magis hic ſtat compa/
ratiue cum text. tollat ꝯparationem dicendo non clam.ſtat ꝙ̃
electiue vt dixi in tex.Et tenendo illud quod clandeſtinꝰ poſ/
ſeſſor qui poſtea non admiſit dñm reuertentem poſſideat vi ꝛ
non clam.vt ad literam dt tex.tolluntur multe difficultates ꝛ
amaritudines que tanguntur.j.preſertim in ſcda parte princi
pali glo.ꝛ iſtud tene,vt.j.latius dicam. ¶ Circa ſcdam oppo.
l.ſequitur.§.item ſi occupaueris.qui eſt.§.pen.j.tit.j. cõiter te/
netur ſolu.ibi poſita,ꝙ ibi ingreſſus eſt poſſeſſionem oĩno va
cantem aĩo ꝛ corpore:ꝛ ſic a naturali ꝛ ciuili,vt pꝫ ibi in verbo
vacuam poſſeſſionem qd p̃t ꝯtingere altero de tribus modis a
vt no.declarat gl.in l.ſi in verbo vacuam.C.vnde vi.ideo nõ p̃t
poſtea effici violenta attento initio,vt hac.l.in princ. Sed hic
non vacat ciuilis que retinebatur aĩo ꝑ abſentem:ideo cũ non
admittatur reuertens patir vim.ꝛ ſic poſſeſſio efficitur violen
ta.¶ Venio ad ſcdam partē p̃nc.gl.q̃ eſt difficilis ꝛ obſcura,ꝛ
oppono fortiter ꝯ text.Nam abſurdũ eſt ꝙ eadem poſſeſſio ſit
clandeſtina ꝛ violenta:vt inquit gl.imo ꝯrie qualitates nõ pñt
ꝯcurrere in eodem ſubiecto : ꝛ ſic in eadem poſſeſſione , vt.l.ſi
quis ante.j.eod.ꝛ l.ſi quis ancillam.in par.princ.j.pro ſuo.vbi
text.dt. ꝙ quis non poteſt poſſidere ꝓ ſuo ꝛ clam: qꝛ ſunt ꝯrie
poſſeſſiones.ꝛ l.ij.§.fi.j.pro empt. Et ꝯñr eadem poſſeſſio non
p̃t ſimul eſſe ꝛ clandeſtina ꝛ violenta.Gl.in effectu ponit p̃nci
pales ſolu.ſm quod fuerunt tres principales opi.antiquor.ſ.
Jo.Roge.ꝛ Azo.quas clarius proſequitur ꝛ explicatur Bar
to.tamen glo.de iſtis nullam facit mentionem.Et iſta ſcda ps
principalis intellectualiter ſubdiuiditur in quatuor particu/
las ex mente Bar.ꝛ forte vltra quam gl.ſenſerit. In prima po
nit ſol.Jo.cõiter apꝓbatam ꝙ naturalem hꝫ clam : ſed ciuileꝫ
vi.ꝛ ſic ꝯrie qualitates non ſunt circa eandem poſſeſſionem:ſꝫ
circa diuerſas . Et ꝙ prima naturalis ſit clandeſtina ꝓbat:qꝛ
inſpicitur origo poſſeſſionis.ꝛ quod non mutetur in violentã,
ꝓbat:qꝛ cã poſſeſſionis mutari non p̃t.In ſcda per viam que/
ſtionis ibi:ſed quam ciuilem hꝫ tacite ſentit ſecundam ſol. Ro
ge.ꝙ ingreſſus hꝫ duas ciuiles: vnam ꝑ ingreſſum clandeſti/
nũ.aliam vi non admittendo dñm reuertentem.Et iſtam reꝓ/
bat gl.per abſurdum ꝙ in eadem re duplex ſit ciuilis cum vni
ca reperiatur.preſertim in eadem re ꝛ eadem perſona.In ter/
tia ibi.illud etiam eſt abſurdum.gl.tacite ſentit.tertia ſolutio.
Azo.ꝛ Placen.ꝙ vnica tm̃ eſt poſſeſſio.ſ.naturalis que habe/
tur ꝛ clam ꝛ vi:ꝛ ſic cum duplici qualitate quam gl.reprobat:
qꝛ abſurdum quod eadem poſſeſſio ſit clandeſtina ꝛ violenta:
ꝛ ſic hꝫ ꝯrias qualitates.vt dixi. In quarta que eſt ibi.ſed di/
cunt.ponitur quadruplex reſponſio ſm Azo.ꝛ Plac.Prima,
quod concurrere poſſunt ex diuerſis cauſis per l.iij.§.ex pluri
bus.ſ.eod.quod glo.reprobat: qꝛ ibi loquitur de diuerſis cau
ſis ſe compatientibus:ſed hic ſunt ꝯrie.Secunda ſolut.eſt ibi,
niſi dicas,quod pro parte vi ꝛ pro parte clam:nihil eſt.Tertia
magis colorata ſol.eſt ibi, vel niſi dicas ꝙ diuerſis reſpectibꝰ
eadem naturalis hꝫ ꝯrias qualitates.nam naturalis natura/
liter retinet:ꝛ ſic corpore habetur clam:illa eadem habetur ci
uiliter vi ꝛ eꝯ.Iſtam reprobat Bar.qꝛ diuerſitas qualitatum
non poteſt facere,vt duo contraria poſſint eſſe in eo ſubiecto.
l.iij.§.ex contrario.ſ.eodem.Quarta ſolut.eſt ibi. Item ꝑ eis:

a ¶ Dictio ma
gis ꝯparati/
ua.Adde gl.
ꝛ ibi doc.in l.
ij.§.j.ſ. ſi cer.
pe.ꝛ in l.in ꝯ/
mo.§.ſicut.ſ.
ꝯmo. ꝛ q̃n h
dictio ſtet ele
ctiue : vide ꝑ
Soci.in ꝯſil.
clxxiiij.colũ.
pe.ver ſi.primo
adduco.

ꝙ qualitates ꝯrie in eadem naturali ſe ꝯpatiuntur non eodeꝫ
tpe ſed diuerſis,qꝛ ab initio fuit clandeſtina ꝛ nunc eſt violen-
ta p l.is q puteñ.§.hoc interdictū.ĩ.qꝺ vi aut clā. Glo.reꝓbat
qꝛ ille.§.loquitur in re corporali. puta in domo q̃ potuit fieri
ꝓ parte clam,ꝛ alio tpe ꝓ parte vi. ſed in poſſeſſione q̃ eſt ius
inſiſtendi rei.ſm gl.in l.j.in prin.in gl.j.ſ.eo.ꝛ ſic res incorpora
lis:initium inſpicimus, ꝛ ſic ab initio ſemel fuit clandeſtina vł
violenta ſemper talis erit.vt hac.l.in princ. Iſta eſt proprie
mens ꝛ medulla huius gl.Et lꝫ Bar.tranſportet quoſdaꝫ ꝟſ.
prius ponendo quartā ſol.ibi.Itē ꝑ eis.ꝛ poſtea ponendo ter
tiam ibi.vel niſi dicas:tñ de hoc non eſt curandū ſm Raph.h
47 ꝛ bene.ꝛ talis tranſportatio Bart.nihil penitus facit.☙†Ex
iſta ſcꝺa parte prin.gl.habes ſm opi.Io.cōiter ap̄batā:vnā
ꝯclōnem ad tex.Qꝺ ingreſſus hꝫ naturalem poſſeſ. clandeſti-
ne,ſed ciuilem violenter,ꝛ ſic reſpectu naturalis ꝺr clandeſti-
nus:reſpectu ciuilis ꝺr violentus, ꝛ ſic ꝯrie q̃litates non ſunt
circa eadem poſſeſſionem,ſed circa diuerſas. Fundamentum
gl.ꝛ doc.eſt,qꝛ ex quo is q a p̄ncipio clā occupauit ſemel cepit
naturalem clam poſſidere:non p̄t amplius ſibi mutare cauſaꝫ
poſſeſſionis naturalis:qꝛ ſemp quo ad illam ꝺr clam poſſide-
re,qꝛ inſpicitur initium,vt hac.l.in p̄n.Sed tu aduerte lꝫ oēs
ita teneant,iſte cōis ſenſus vr̄ ꝯfundi ꝑ iſtum text.in fi. qui ꝺt,
non clam,ꝛ ſic non loquit̃ ꝯparatiue qꝛ dixiſſet quā clam. Sꝫ
dicendo non clam.aperte oſtendit ꝙ prima poſſeſ.clandeſtina
efficitur violenta. Et hoc modo ceſſat fortis oppoſitio.ſ.fa-
cta,qꝛ hic non ꝯcurrunt due qualitates ꝯrie cum tex. expreſſe
dicat non clam.Non ob.fundamentum gl.ꝛ doc.ꝙ ex q̊ a p̄nci
pio ſemel cepit clam poſſidere non p̄t amplius mutare cauſaꝫ
48 poſſeſ.†qꝛ ad hoc facile rn̄r:veꝝ eſſe cauſa extrinſeca non acce
dente.l.iij.§.illud.ꝛ ibi Bar.ꝛ alij.ſ.eo.Sed hic acceſſit poſtea
cā extrinſeca.ſ.violentia pp non admiſſionem domini redeun-
tis.Ergo pp hanc cām extrinſecam poſtea accidentem cā poſ-
ſeſſionis potuit mutari. Tñ ad hoc poſſes ſubtilr̄ dicere.qꝺ
iſta noua cā q̃ ſuperuenit non ſupuenit circa poſſeſſionem pri
mo loco clandeſtine occupatam. Qꝛ cum poſſeſſio naturalis
tpe occupationis eſſet vacans:ex quo neminem domi reliqt:
vt ꝺt tex.circa eam non p̄t cadere violentia.l.ſequitur.§.iteꝫ ſi
occupaueris.cum gl.ĩ.ti.j.Nimirum cum non ſuperuenerit no
ua cā applicabilis prime poſſeſſioni ſi p̊ma poſſeſſio non mu-
tatur.Iſta ergo noua cā violentie neceſſario cadit circa aliaꝫ
poſſeſ.ſ.ciuilem:ergo bene ſequitur cōis ſolu.ꝙ naturalem hꝫ
clandeſtine.ꝛ ciuilem violenter.Nec p̄t dicere ꝙ fingat̃ vſqꝫ re
tro ab initio ſemper fuiſſe violentus poſſeſſor, prout dicebat
Are.hic,qꝛ extrema non ſunt habilia. nam tpe prime occupa-
tionis poſſeſſio naturalis erat vacans cuius reſpectu non ca
dit violentia.Et ita rn̄det inſignis doc.do.Pe.de Ber.h ꝛ ſe-
quuntur do.Iac.pute.ꝛ do.Hieron.tor.ambo.p̄ceptores mei.
☙Sed tu caue defendendo illud ꝙ teneo ꝯ oēs. ꝛ puto eē ve
rum:qꝛ non dico ꝙ prima naturalis clandeſtina aſſumat q̃lita
tem violentie,ſed ex noua cā bene mutatur poſſeſſio:qꝛ vbi p̄-
mo habebat naturalem clam,nunc pp violentiam:ꝛ ſic nouaꝫ
cām hꝫ ſolum violentam:ꝛ ita cantant ꝟba tex.hic, ſi nō violē
tur.Et ſic non adijcitur q̃litas qualitati: vt etiam ꝺt Albe.de
Ro.Sed tranſfunditur q̃litas in q̃litate vt ſola violentia re-
maneat.Scꝺo dico,ꝙ text.in d.l.ſequit̃.§.item ſi occupaueris.
in quo ſe fundat d.Pe.de Bex.ꝛ ſequaces: loqtur qñ poſſeſ-
ſio erat oīno vacans aīo ꝛ corpore:ꝛ ſic reſpectu naturalis ꝛ ci
lis ꝙ non eſt hic,vt dixi in j.par.huius gl.ꝛ ſic ille tex.non bene
alleg.ad ꝓpoſitum nr̄m.Tertio dico,ꝙ ex q̊ non reſtituit̃ natu
ralis,fit violentia ꝛ in naturali ꝛ in ciuili,vt.ĩ.tꝫ glo.in ij.par.
prin.Ideo cum violentia ꝯmittatur etiam reſpectu naturalis
nimiꝝ ſi ex noua cā extrinſecus accedente p̄t variari, vt dixi.
49 †Confirmat̃ quarto ꝑ id qꝺ tꝫ Barto.in l.ſi quis in tantam.in
iij.col.C.vnde vi.vbi in ſpecie tꝫ ꝙ in iſto.§.iſte qui clam ingreſ
ſus eſt:quo caſu appellat̃ clandeſtinus poſſeſſor: ſi poſtea re-
uertentem dn̄m non admittit,quo caſu ſpoliat dn̄m ciuili, qꝺ
intellr̄ violentus poſſeſſor quo ad vtranqꝫ poſſeſſionem.ſ.q̊ ad
ciuilem,ꝛ etiam q̊ ad naturalem:allegat gl.hic, ꝛ qꝛ naturalis
trahit ad ſe ciuilem ſm eum;ꝗuis do.Alex.in l.quemadmodū.
ĩ.eo.dicat illud qꝺ dixit Bar.non ꝓbari in hac gl. dixit in tex.
50 in vij.no.☙†Scꝺo vltra d.Pe.de Bex.ꝛ alios:dum dixi ꝙ cā
poſſidendi p̄t immutari ex noua cā extrinſecus ſuperueniēte.
Aduerte ſubtilr̄ qꝛ vr̄ ꝙ iſtud ſane intelligat̃ de cā.i.de titulo
ſupueniente ꝓut ēt capitur in l.iij.§.ex pluribus:ꝛ ibi Bart.ꝛ
doc.ſ.e.Sed h violentia ſupueniens,q̃ eſt delictum non p̄t ca
pi ꝓ cā ſicut ēt clandeſtinitas ſupueniens non mutat cāꝫ poſ
ſeſ.vt ꝺt tex.in hac.l.in prin.qꝛ ēt illa ſilr̄ ſonat in delictū.Sed
defendendo illud ꝙ tenui ꝯ oēs : rn̄de,ꝙ ad hoc vt poſſe,que
non erat iuſta:ex noua cā efficiat̃ iuſta:ibi bn̄ cā capitur ꝓ ti-
tulo,qꝛ reqrit ꝙ nouus titu.ſuperueniat:ita ꝓprie loqt̃ text.in
l.non ſolum.§.qꝺ vulgo.ĩ.tit.j. Sed ꝙ prima clandeſtina ꝛ ſic
vitioſa non poſſit ex nouo delicto tranſmutari in violentam:
nihil impedit.tex.eſt h,q ꝺt,ꝙ vi poſſidet non clā:cum violēta
ſit magis iniuſta q̃ clandeſtina.ꝛ ita teneas ꝯ gl.ꝛ docto.h. Et
ita ēt inclinant Mod.Senen.h. ꝛ iſto modo ex toto ceſſat op
poſitio.ſ.facta.☙Iuxta iſtā ſcꝺam par.gl.Bar.format duas
oppoſi.vt hic ꝑ eum. Adde circa ſcꝺam oppoſi.inq̃tum ſoluit
ꝙ lꝫ de non iuſta poſſeſſione:tum ꝓceſſu tpis noua ſupuenien
te cā.poſſit fieri iuſta:vt l.non ſolum.§.qꝺ vulgo.ĩ.ti.j. Tamen
ꝙ iuſta efficiat̃ iniuſta: vel iniuſta iniuſtior hoc non p̄t eſſe,vt
hac.l.in prin.vbi inſpicit initium:ſed iſtud eſt ꝯ iſtum tex. non
cauillando,vt.ſ.dixi.ꝛ initium dꝫ ſpectari niſi noua cā extrin-
51 ſecus poſtea ſupueniat,vt.ſ.pxi.latius dixi. ☙†In tertia par
te princ.gl.ibi.ſed quid ſi hic ingreſſus.Iſta gl.cōiter dānatur
ꝑ tex.in l.ſequitur.§.ſi tu vi me.ĩ.ti.j.no.ꝑ gl. in l.iij.§.ſi qs aūt.
ĩ.de vi ꝛ vi ar.ꝛ l.qꝺ ſeruus.in prin.ĩ.eod.ꝗuis Aret. conet̃ de-
fendere iſtam gl.ꝛ male.ꝛ eū reꝓbant Mod. Senen.hic. Imo
fortius qñ dn̄s abſens ſuſpicat̃ ſic poſſe repelli pp hoc perdit
ciuilem ꝗuis nulla interuenerit violentia. Tñ ꝯpetit interdi-
ctum vnde vi.vt eſt gl.in l.i.§.ſiue aūt.in ꝟbo poſſeſſionem.ꝛ in
l.iij.§.ſi quis autem.in ꝟbo armis.ĩ.de vi ꝛ vi arma. Ad q̃ glo.
Bar.hic in fi.ſe remittit.idem Sali.in l.ſi quis in tantā.in xiiij.
q.j.par.prin.vbi limitat.C.vnde vi.d.Ant.de But.in c.iteꝫ qs.
de reſtit.ſpo.ꝛ iſta adde ad ea que dixi in tex.in viij.not.☙Ve
nio ad quartam par.prin.gl.ibi.Item iam non eſt queſtio quā
ſubdiuide in vij.partic.In prima ponit ꝓ claro put eſt:ꝙ ꝓ ci-
uili recuperanda ꝯpetit interdictum vnde vi. In ſcꝺa q̃rit an
ꝓ recuperanda naturali ꝯpetat aliquod interdictum poſſeſſo-
rium ꝛ tꝫ ꝙ ſic.ſ.interdictum vti poſ. In tertia opponit ꝛ be-
ne ſoluit.In quarta q̃rit q̃do ingreſſus ſuſpicatur de tertio de
quo non dꝫ ſuſpicari.In quinta ponit practicam ꝛ ſic ordineꝫ
agendi.In ſexta an etiam ꝯpetat rei vendica.In ſeptima ꝛ vl
tima opponit ꝙ non ꝯpetat interdictum vti poſſi. ꝛ notabilr̄
ſoluit.Et eam pro not.ſignat bene Bart.Secunda ibi,ſed an
nomine naturalis.Tertia ibi,ſed quo ab eodem. Quarta ibi,
ſed ſm hoc.Quinta ibi,ꝛ hec ciuilis turbatur.Sexta ibi, p̄t ēt
agi rei vendicatione.Septima:ꝛ vltima eſt ibi. Item opponi-
52 tur ꝙ cum interdictum. ☙†In ea.gl.ibi.ſed an noīe natura-
lis. Habes ꝙ dn̄s ciuiliter poſſidens ꝓ naturali clam ab alio
occupata hꝫ interdictum vti poſſi. Cum iſta ꝯclōne tranſeunt
53 doct.hic. ☙†Sed in ꝯrium fortiter facere vr̄:qꝛ q hꝫ ciuilem
p̄t ꝓpria authoritate expellere clandeſtinum poſſeſſoreꝫ hn̄tē
naturalem,vt eſt glo.not.in l.j.§.interdictum autem hoc.ꝛ ibi
Bar.ĩ.vti poſ.Illa gl.eſt cōiter apꝓbata:vt late per Ludo.ꝛ
